



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

cl [i.e. ix]. Non constant punctis inflatis virtualiter tantùm divisibilibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

dietatum medietates, dicitur proportiona-
lis.

IX. Non componitur continuum ex punctis inflatis seu physicis, id est, formaliter indivisibilibus, virtualiter divisibilibus, quatenus occupare possunt locum divisibilem ad modum Angeli, qui & propterea dicitur virtualiter divisibilis; forent enim hæc puncta omnino materialia tota in toto spatio, & tota in qualibet parte spatii, qui modus præsentiaæ juxta consensum Philosophorum solis rebus spiritualibus est naturalis, & corpori Christi in Eucharistia supernaturalis. Ad hæc, linea constans punctis imparibus non poterit æqualiter dividi, eò quòd ab alterutra parte tenere se debeat punctum illud intermedium indivisibile.

X. Nequè componitur ex meris formaliter & virtualiter indivisibilibus seu punctis mathematicis. Primò enim, cùm punctum unum ab altero in linea debeat immediatè tangi, ut fiat continuum, tangent se puncta invicè adæquatè sive se totis (cùm nequeant se tangere secundùm partes, v. g. secundùm latus orientale, utpote quales partes non habet indivisibile) adeoque punctum
secun-